

FR. 126. 17

De Alimentariis Veter.

De Nro. 1396
or 1396
1396

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
CHRISTOPHORVS
H E N R I C V S
ZEIBICHIUS

SS· THEOL· DOCT· ET PROF· PVBL· ORDIN
REG· ELECTOR· CONSISTORII ASSESS· TEMPL
OO· SANCTORVM PRAEPOSITVS ORDINIS
QUE SVI H· T DECANVS

CIVIBVS ACADEMICIS

S P D

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA





scendet in concionem, ubi fiunt
eruditorum circuli, Magister Sa-
pientiae Clarissimus, IOANNES
GOTTLIEB SCHVBARTVS, Citi-
censis Misnicus, ut publice de Ve-
ra Munificentia dicat, quam, ma-
nifestis indiciis cognitam, in Pietate Volframisdorf-
fia reperire sibi uidetur. Cuius institutum cum
maiores in modum comprobem, tum, rationibus
uniuersae munificentiae circumspectis, plura qui-
dem eius genera animaduerto, illam tamen munifi-
centiam laude in primis dignam iudico, quae con-
feratur in ALIMENTA hominum, egestate pres-
orum. Cum enim naturalis quaedam cognatio
inter homines intercedat, quae mutuae humanita-
tis officia postulat, nae illi rationis humanae digni-
tatem praeter ceteros sustinere uidentur, qui bene
de sociis mereri student, suis eos sustentantes op-
ibus, qui necessaria uitae tuendae praefidia non ha-
bent. Hoc igitur semper optimo cuique curae
fuit, ac Principibus potissimum Regibusque prae-
stantissimis, tum iustum aequumque est uisum,
tum gloriosum, ut, cum auaritia mentes humilio-
res ad custodiam pecuniae restringeret, illi, altior-
ibus animis praediti, copiis suis optime sibi uide-
rentur uti, si tenuiores iis adiuuarent. Hac mente
ueteres Romanorum Imperatores instituerunt Ali-
mentarios suos, quorum multa est memoria, in mo-
numentis antiquis. Eosdem, uidemus, alias Caesa-
rum Alumnos, alias Pueros Curiae, dici, in locis
Marmororum haud obscuris. Atque hi quidem Ali-
mentarii Imperatorum nomine insigniri solebant,
quorum beneficio fiebant, ut Pueri Puellaeque Vi-
piani

piani in Lapide uetusto. Vtrisque enim Traianus Alimenta, Numis in Alimentis Italiae laudata, detulit, quibus Hadrianus incrementum liberalitatis adiecit. Maxime tamen hi, Caesarea pietate ali quondam soliti, eorum nominibus appellati sunt, quorum honori fuerant lecti. Antoninus Pius Puellas Alimentarias dedit honori Faustinae, uxoris, quas Faustinianas nominauit. Hae spectantur in Numismatis, et Pueri Puellaeque, Alimentarii, in Tabulis antiquis. Aemulatus Antoninum Pium, Marcus Aurelius, nouas Puellas Faustinianas munere suo constituit, quae memoriam Faustinae minoris ornarent. Neutra tamen Faustina, neque mater impudica, nec filia, matre lasciuior, maritorum existimationi fuerunt tam faustae, ut par esset, iis tantam pro meritis gratiam referri. Alexander autem Seuerus Mammaenos Pueros Puelasque de legit, ut matris, adhuc uiuentis, nomen honestaret. *Evidem haud ignoro, multis eruditissimorum persuasum esse, hos utriusque sexus Mammaenos, illasque Faustinianas Puellas, fuisse Sacerdotes Diuarum.* Sed, ne morer, rogandi erant homines doctissimi, ut prisca fide docerent, Sacerdotes Diuae Faustinae, quas narrant Marmora, Faustinianas Puellas fuisse. Has enim, in Aere prisco, cernimus, Imperatori astantes, alimenta capientes. Marcus praeterea, Verusque, Pueros ac Puellas, Alimentarios, sumunt, ut, nouo coniuncti communicatique imperii exemplo, commendent memoriam concordiae, in societate regni uulgo desideratae. Sic Imperatores Pueris Puellisque alimenta largiuntur, diuersis de cauiss, quarum uel grauitate, uel leuitate, fit, ut illorum largitio in utramque partem existimetur. Sed omni recte faciendi dubitatione,
omni

Ex TC 1396

x 2386706

omni caussarum exceptione, liberantur uiri pri-
scae memoriae illustres, qui suis facultatibus in-
opiam subleuarunt egentium, uel in nutriendo,
uel in erudiendo, uel in utroque. Plu-
rium personam gerat Plinius Caecilius, qui di-
gnitate, ingenio, fama, Quiritium quam plu-
rimis antistat. Singularem huius benignitatem Sa-
xa literata posteris tradunt, quem munificum, o-
stendunt, fuisse in Alimentum Puerorum et Puel-
larum Plebis Vrbanae. Sed ipse hic, gente, Secun-
dus, in literis ad Pompeium Saturninum datis, An-
nuos Sumptus in Alimenta ingeniorum promittit,
repudiata sapienter istorum dementia, qui Ludis,
et Gladiatoribus, liberalitatis usum perdant, oculo-
rum lenocinantes aurumque uoluptati. Ea uero
re nihilo minorem animi magnitudinem, quam pe-
cuniae utendae et collocandae prudentiam, decla-
rat. Sed nihil aliud facit, quam fecit apud nos
Volframfdorffius, instituto Sodalitatis Ornatissimae
conuictu. Hanc igitur beneficentiam, cuius
ipse fructum capit, merito ueneratur ille, a quo su-
mus orfi, Schubartus, hanc merito Oratione Anni-
uersaria celebrat, ac posteris ad imitandum propo-
nit. Craftino dicturus est, in Auditorio Ma-
iore, Hora temporis matutini nona, cui, minime du-
bitamus, quin uos, CIVES, pro solita humanitate
uestra, beneuole audiendi studium nauare frequen-
tissimi uelitis. P. P. tertio Idus Decembres,

A. R. S. cī cī cc xl

VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS

MC




FR. 126. 19

De Alimentaria Veter.

De M...
or...
r...
1396

B.I.G.



RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
CHRISTOPHORVS
HENRICVS
ZEIBICHIUS

SS· THEOL· DOCT· ET PROF· PVBL· ORDIN
REG· ELECTOR· CONSISTORII ASSESS· TEMPL
OO· SANCTORVM PRAEPOSITVS ORDINIS
QUE SVI H· T DECANVS

CIVIBVS ACADEMICIS

BIBLIOTHECA
PUNICKAVIANA

UNIVERSITATIS BIBLIOTHECA
HALLE
(SAALE)